The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Diuicie ah

cum uariis

Apud antiquos autem prior eris quam ferri cognitus usus. Ere quippe prius proscindebant terram, ere certamina belli gerebant, eratque in precio magis es; aurum uero et argentum propter inutilitatem reiciebantur. Nunc uersa uice: iacet es, aurum summo cessit honore. Sic uoluenda etas commutat tempora rerum et quod fuit in precio fit denique honore nullo.

Ysidorus libro XVI. ethimologiarum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^{1} V^{2} L^{1} L^{2}):

quippe] belli *add*. P V^{1}; es *om*. P V^{1} V^{2} L^{1} L^{2}; inutilitatem] utilitatem C; fit denique honore] fuit honore denique P V^{1}, sub honore est denique V^{2} L^{1} L^{2}